



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||  
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV. ||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Extremæ inopiæ incommoda superat. Cap. XIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

*Extrema inopia incommoda superat.*  
 Cap. XIX.



AM verò, satis vsu iplo edoctus, quatum detrimentum studij esset: modicis, & cura tolerandis in singulis dies vitæ; & nihilominus opus Christi Domini & Apostolorum exemplo nihil profus in hoc saeculo polliceri: priorum benignitate ac sollicitudine totam rem ita moderari constituit, ut neque in diem, & antea, precario victitaret, & nihil idcirco de voluntate paupertatis proposito meritoque deperderet. Sed ut in primis utique mensibus minimè cessit illi eleemosina. Cum enim sese in Hispanorum aliquot civitatibus contulisset, qui plurimi Parisijs ipso bello tempore versabantur, & exactam è syngrapha Barcinensium pecuniâ cuidam ex eadem natione custodiendam dasset, curâ ille clam suos in vsus non optima fide conuenit, curâque postea reddendo non esset, reliquis iam tantum sumptis Ignatius, & à locupletibus amicis, quorum opâ adiuuari posset, longo intervallo disiunctus, subitò rerum omnium inopia oppressus est, ut eorum sollicitim quærere quotidie, & in hospitalem facti famulidomum, infinis precibus exorato eius loci parochi, demigrare necesse fuerit graui sanè incommoda. In urbe Lutetia Parisiorum, vrbs in primis Europæ magnitudine & celebritate visenda, trifariam est in tres partes vnâ, quam Sequana fluius insulam efficit, & in duas, quæ veterem, foro, & tribunalibus nobilem, vulgò Curiam appellant. altera, quæ nouam regiam comitatus, quæ in insulam dicitur, tertia pars iam inde à Carolo Magni in castris Musis, Vniuersitas nominatur. in hac parte castrorum incolarum turbam, scholastici maxime, & quædam ac numerantur ibi collegia permulta libero alio, quæ suis vnumquodque liberalium artium disciplinam prætoribus, & præfecto collegij, quem Primarium vocant.

Igitur ex ea vicinitate in sancti Iacobi hospitium, quod  
 procul inde est in suburbio, extrema necessitate cōpulsus  
 Ignatius, in tanto locorum intervallo, cū alijs afflicta  
 batur incommodis; tum verò quòd cū ante lucem in  
 academia inciperent scholæ, nec nisi nocte desinerent;  
 ipse, illius hospitij legibus, nec manè ante solis ortum e-  
 gredi poterat, & vespere ante occasum regredi cogeba-  
 tur, sic vt inter eundem & redeundum, quamuis indu-  
 strio ac vigilantissimo discipulo multum & de magistri dicta-  
 tis, & de tota scholarum exercitatione deperiret. Cui  
 tanto detrimento cū in presentia nullum aliud reme-  
 dium occurreret, consilium cepit more scholasticorum  
 egerentium ea conditione locandi operam suam alicui ex  
 academiæ Primarijs, doctoribusve; vt quòd sibi à rebus  
 domesticis otij superesset, id totum in scholastica disci-  
 plina, studijsque doctrinæ consumeret. Sed magis ma-  
 gisque probante Deo constantiam & patientiam viri;  
 conditione eiusmodi, quamuis magna adhibita diligen-  
 tia, nactus est nullam. Itaque deiecit hac spe, cū id ge-  
 ramnosæ vitæ genus aliquandiu tolerasset; & quos in  
 Hispania reliquerat socios, de statu rerum suarum per  
 literas monuisset, hortatus vt ibidem ex condicito citu-  
 lum studiorum absoluerent; rationem iniijt multo com-  
 modiore, vt indictis vacationum ferijs, in Belgium, at-  
 que interdum etiam in Angliam siue Britanniam, ad His-  
 panos negotiatores excurreret: quorum benignitate cū  
 facile obtinuisset annuam pecuniæ summam Lutetiæ  
 toto studiorum tempore certis pensionibus exigendam,  
 commodius multo cæpit in liberalium disciplinarum  
 cognitione versari. Cumque octodecim fere menses La-  
 tinæ linguæ tribuisset in Montis acuti collegio, in colle-  
 gium cui à sancta Barbara nomen est, ad Philosophi-  
 as transijt alacritate mirabilis ac primùm occurrans  
 de nouo rerum cælestium importunas imagines, quã-  
 ram eximia cum animi delectatione coniunctas, ca-  
 tem spiritus constantia, qua superiores illas, iterum ab-  
 creiecit, ac repulit, deinde magistris attentè audiendis,  
 multa ac diligentius eorum quæ audierat commentatio-

re, quotidianis denique gymnasij exercitationibus, annuo & mensibus sex (quod spatium temporis in solo philosophiæ in academia illa tribuunt) præcipue, ut honorifico magistri iudicio ac testimonio (sicut annes Penna philosophus) post consueta certamina solemnè, laurea, cæterisque doctrinæ insignibus decoratus sit. Post hæc in cœnobij Dominicanæ gratia locum Theologiam aggressus est, ingenti suæ leuæ & industria, cum præter cæteras lucubrations, præ faciente, quotidie manè ante lucem ad scholas, quæ illa circiter hora ibi habebantur, accederet. atque et in studio tantum Deo adiuuante perecepit, quod sua industria ad fidei doctrinæque suæ rationem, sine ulla nouitatis, ex Patrum decretis atque constitutionibus reddendam.

*Variè propter Christum exercetur. Cap. IX.*



**N**EQUE verò, quamuis in omnibus catechesi atque a publicis studiis abstineret, idcirco tamen, quæ per scholas licitum est, ad adiungendis ad CHRISTVM animandisque ad studium veritatis & gloriæ destitit. quæ propter timorem infimæ sortis viri, priuatis ipsius colloquiis, monitis incitati, partim castigato vetere laxa, Cheloniæ disciplinæ seueritatem induerunt; partim eorum solemnè voto varia religiosorum instituta præsertim, partim denique ingenti academiæ totius admittentibus in Christi gratiam pecunia egentibus dilectæ, partim vitam agere, atque adeo ad conculcandam partem omnem sæculi fastum, & expianda superbia carnis, palam per vicos & compita manum ad stipem prope rigere, victumque palam emendicare ceperunt. quæ tamen amici, rem indignè ferentes, cum neque precibus, neque minis à proposito reuocare valuissent, tandem deniq; ab hospitali domo sancti Iacobi quæ ad